

75. Responsabilità politiche e debolezze umane

- In occasione della sua orazione contro Catilina, Cicerone si dichiara disposto a sacrificare la propria vita per la salvezza dello Stato.

Qua re, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras, populi Romani nomen salutemque defendite; mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare omnis (= omnes) deos qui huic urbi praesident pro eo mihi ac mereor¹ relatuos esse gratiam; deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Nam neque turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear horumque omnium lacrimis a quibus me circumsessum videtis. Neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu filia et parvulus filius, quem mihi videtur amplecti respublica tamquam obsidem consulatus mei², neque ille, qui exspectans huius exitum diei stat in conspectu meo, gener. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem uti salvi sint vobiscum omnes, etiam si me vis aliqua oppresserit, potius quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus. Qua re, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, circumspicite omnis procellas quae impendent nisi providetis.

Cicerone

1. **pro ... mereor**: «in proporzione ai miei meriti».
2. **tamquam ... mei**: «come pegno per il mio impegno di console».

Lavoriamo sul testo

1. Individua gli imperativi presenti nel testo. Perché sono così frequenti in questo contesto?
2. *Consulo, prospicio, parco*: cerca sul vocabolario le costruzioni di questi verbi.
3. *qui ... movear*: qual è la funzione di questa relativa impropria?
4. Analizza la costruzione di *videor* presente nel testo.

83. Una veemente difesa

- Cicerone chiede ai giudici l'assoluzione di Milone, esponente di spicco della *nobilitas* e responsabile della morte di Clodio, capo dei *populares*.

Utinam P. Clodius non modo viveret sed etiam praetor, consul, dictator esset potius quam hoc spectaculum¹ viderem! O di immortales! *Fortem* et a vobis, iudices, conservandum *virum*! «Minime, minime», inquit, «immo vero poenas ille² debitas luerit: nos subeamus, si ita necesse est, non debitas». Hicine vir patriae natus usquam nisi in patria morietur, aut, si forte, pro patria? Huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? Hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet quem omnes urbes expulsam a vobis ad se vocabunt? O *terram illam beatam* quae hunc virum exceperit, hanc ingratham si eiecerit, miseram si amiserit! Sed finis sit; neque enim prae lacrimis iam loqui possumus, et hic se lacrimis defendi vetat. Vos oro obtestorque, iudices, *ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis*. Vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is maxime comprobabit qui in iudicibus legendis optimum et sapientissimum et fortissimum *quemque* delegit.

Cicerone

1. **spectaculum**: lo spettacolo a cui si riferisce è quello dell'ingiusta accusa a Milone.
2. **ille**: si tratta di Clodio.

Lavoriamo sul testo

1. Individua i congiuntivi indipendenti presenti nel testo e indicane la natura.
2. *Fortem [...] virum* e *terram illam beatam*: di quale tipo di accusativi si tratta?
3. *ut [...] audeatis*: di quale tipo di proposizione si tratta?
4. Individua e analizza i gerundivi presenti nel brano.
5. Qual è la funzione di *quisque* accompagnato da un superlativo?

100. La spedizione archeologica di un questore curioso

■ Nel 76 a.C. Cicerone è questore a Lilibeo, e oltre alle attività legate al suo ruolo si permette una spedizione alla ricerca della tomba del grande scienziato Archimede. Come secoli più tardi Schliemann scoprì il sito di Troia e di Micene partendo dai testi omerici, così Cicerone scopre la tomba di Archimede partendo da un libro.

Archimedis ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro sphaeram esse positam cum cylindro¹. Ego autem cum omnia conlustrarem oculis – est enim ad portas Agragantinas² magna frequentia sepulcrorum –, animum adverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis – erant autem principes mecum – dixi me illud ipsum arbitrari esse, quod quaererem. Inmissi cum falci- bus multi purgarunt et aperuerunt locum. Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam basim accessimus. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatum fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate³ didicisset.

Cicerone

1. **sphaeram ... cylindro**: un'opera di Archimede s'intitola per l'appunto *Sulla sfera e sul cilindro*, in due libri.
2. **portas Agragantinas**: si tratta della porta da cui partiva la via per Agrigento; le tombe erano poste tradizionalmente lungo le strade all'esterno delle città.
3. **homine Arpinate**: l'*homo Arpinas* è Cicerone, fiero della sua origine provinciale (Arpino era un borgo del Lazio, a sud-est di Roma) e della sua cultura, che contrappone alla negligenza e all'ignoranza della grande città greca di Siracusa.

Lavoriamo sul testo

1. Esamina la posizione di *quaestor* rispetto a *ego* e del participio *ignoratum* riferito a *sepulcrum*.
2. Da che cosa dipende il genitivo *Archimedis* e perché è collocato come primo elemento della frase?
3. Individua i participi che compaiono nel testo e indicane la funzione.
4. Nel testo sono presenti diminutivi e superlativi: cercali e spiegane la funzione.
5. *principes*: ricerca sul vocabolario l'etimologia e i vari significati di questa parola, che in latino non ha il significato assunto in italiano.
6. *exesis ... partibus*: si tratta di un ablativo assoluto o di un complemento di modo appoggiato da un participio? La traduzione nei due casi sarebbe differente?

124. Nella vecchiaia l'assenza di desideri è un vantaggio

■ A chi lamenta, fra gli inconvenienti che la vecchiaia porta con sé, il fatto che vengono meno i piaceri del corpo, Catone (vedi anche versione n. 119, p. 158) risponde rovesciando il ragionamento, per cui quello che sembra un difetto si trasforma in pregio.

Sequitur tertia¹ vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus aetatis, siquidem id aufert a nobis quod est in adulescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adulescentes, veterem orationem Archytae Tarentini², magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo³. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptatis avidae libidines temere et effrenate ad potiendum incitarentur. Hinc patriae proditioes, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci, nullum denique scelus, nullum malum facinus esse ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis; cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem.

Cicerone

1. **tertia**: nei capitoli precedenti Cicerone ha trattato delle altre due *vituperationes*: la vecchiaia impedisce le attività e toglie le forze fisiche.
2. **Archytae Tarentini**: Archita di Taranto, matematico, fisico e filosofo di scuola pitagorica, resse la città di Taranto fra il 367 e il 361 a.C.; fu amico di Platone.
3. **Q. Maximo**: Quinto Fabio Massimo detto "il Temporeggiatore". La data del soggiorno a Taranto di Catone non è certa (forse nel 209 a.C., durante il quinto consolato di Fabio).

Lavoriamo sul testo

1. Quale funzione hanno le proposizioni introdotte da *quod*?
2. Da quale verbo dipendono le proposizioni infinitive presenti nel testo?
3. In quale caso è *Tarenti*?
4. Come spieghi la frequenza delle relative improprie?
5. Che tipo di aggettivo è *quis*?
6. Nel testo ci sono alcune anafore*: individuale e spiega che cosa sottolineano.

153. Elogio di Catone il Censore

■ In questo ritratto di Catone il Censore, Livio esalta le sue virtù pubbliche e private e ne sottolinea la poliedricità di abile generale, esperto giureconsulto, raffinato oratore e valente avvocato.

In hoc viro tanta vis animi ingenique fuit, ut quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturum fuisse videretur. Nulla ars neque privatae neque publicae rei gerendae ei defuit; urbanas rusticasque res pariter callebat. Ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit: huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceret, quodcumque ageret: in bello manu fortissimus multisque insignibus clarus pugnans, idem postquam ad magnos honores pervenit, summus imperator, idem in pace, si ius consuleres¹, peritissimus, si causa oranda esset, eloquentissimus, nec is tantum, cuius lingua vivo eo vigerit, monumentum eloquentiae nullum exstet: vivit immo vigetque eloquentia eius sacra scriptis omnis generis. Orationes et pro se multae et pro aliis et in alios: nam non solum accusando sed etiam causam dicendo fatigavit inimicos. Simultates nimio plures et exercuerunt eum et ipse exercuit eas; nec facile dixeris utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem.

Livio

1. si ius consuleres: «se lo si consultava in materia di diritto».

Lavoriamo sul testo

1. diceret: di quale tipo di congiuntivo si tratta? Come si spiega la 2ª persona singolare?
2. Analizza le proposizioni consecutive presenti nel testo, individuando gli antecedenti e spiegando l'uso dei tempi.
3. Individua e analizza i gerundi e i gerundivi presenti nel testo.
4. dixeris: di quale tipo di congiuntivo si tratta? Quale proposizione regge?

359. Un esempio di peroratio

■ A differenza del tono solenne e della sintassi complessa che caratterizzano gli *exordia*, l'appello finale alla clemenza è caratterizzato da un'intonazione drammatica, come si rileva dalla struttura paratattica e dalla frequenza delle interrogative e delle esclamative. Con questi mezzi l'oratore vuole trasmettere al pubblico la propria commozione, l'ammirazione e l'affetto che lo legano all'imputato.

His lacrimis¹ non movetur Milo. Est quodam incredibili robore animi. Exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus; mortem naturae finem² esse, non poenam. Sit hic ea mente qua natus est. Quid vos, iudices? Quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis, ipsum eicietis? Et erit dignior locus in terris ullus qui hanc virtutem excipiat, quam hic qui procreavit³? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro re publica sanguinem effudistis: vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis et huic iudicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, proicietur? O me miserum! O me infelicem! Revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos⁴: ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? Quid tibi, Quinte frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? Mene non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset?

1. His lacrimis: Cicerone allude alla propria emozione nel difendere l'amico, che si mantiene imperturbabile come un sapiente stoico.

2. naturae finem: «la fine naturale della vita».

3. hic qui procreavit (eum): il padre, visto come l'unico in cui il figlio potrebbe trovare rifugio e conforto.

4. per hos: «grazie a costoro», cioè ai cittadini romani che ora devono giudicare Milone.

Comprensione del testo

1. Come viene rappresentato il comportamento dell'imputato?
2. Quale punizione si vuole evitare per Milone?
3. Perché Cicerone si rivolge anche ai soldati che presidiano la sede del processo?
4. Quale debito di gratitudine avevano Cicerone e suo fratello nei confronti di Milone?

Analisi morfosintattica

5. Quale valore ha il congiuntivo indipendente *Sit*?
6. Quale verbo è sottinteso nella frase ellittica *Quid vos, iudices*?
7. Rileva le relative e distingui le proprie dalle improprie, spiegando il valore di queste ultime.
8. Quale funzione hanno i participi *inspectantibus* e *praesidentibus*?
9. A quale termine si riferisce *consorti*? Quale funzione ha?
10. L'interrogativa introdotta da *-ne* (*Mene*) esprime un dubbio o è retorica?

Lessico e stile

11. Che cosa s'intende nel contesto per *virtus*, che ricorre più volte? Quale figura retorica presenta?
12. Rileva le anfore* e i chiasmi* che sottolineano i concetti fondamentali.
13. *expelletur, exterminabitur, proicietur*: quali figure retoriche rappresentano e in funzione di quale concetto?
14. Qual è l'etimologia del verbo *exterminare*? Quale significato ha normalmente questo verbo in italiano?